Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# P.Terentij sex:|| quae extant: Comoediae. An=||dria. Eunuch[us]. Heautontimo=||rumenos. Adelphi. Ecyra.|| Phormio.|| ... [qui]=||b[us] erudita Philippi Melę Brettani p̃posita est epi||stola ... || ...

Terentius Afer, Publius

Lipsiae, 1519

De partibvs

urn:nbn:de:bsz:31-114211

Visual Library

Amphitruo. Aut ſtataria hoc eſt q̃ res continet quietiores, ut Ciſtellaria, Heautontimorumenos. Aut mixta q̃ ex utroq; actu conſiſtit, ut Andria, Eunuchus. Adelphi. Hecyra. & Phormio.

## DE APPELLATIONE.

Cæterũ Comœdia, aut ab alicuiꝰ nomĩe perſonæ appellationẽ ſumit, ut Phormio. Aut a loco, ut Andria. Aut a facto, ut Aſinaria, Eunuchꝰ. Aut ab euẽtu, ut Heautontimonumenos & Cõmorientes

Tria ſunt Comœdiarũ membra, Diuerbiũ, Canticũ, Chorus, Diuerbia ſunt partes Comœdiarũ, in quibꝰ diuerſorũ perſonæ uerſantur. Perſonæ aũt Diuerbiorũ aut duæ aut tres, aut raro quatuor eſſe debent. ultra augere numerũ nõ licet. In Canticis unã tantũ eſſe oportet perſonã, aut ſi duæ fuerint, ita debent eſſe, ut ex occulto una audiat, nec loquat̃, ſed ſecũ (ſi opus fuerit) uerba faciat & hoc Monodium appellat̃. In Choris uero numerꝰ perſonarũ diffinitus nõ eſt. quippe, quod iunctim om̃es loqui debent, quaſi uoce confuſa, & concentũ in unã perſonã reformantes. Sciendum latinas Comœdias Chorũ nõ habere, ſed duobus tm̃ membris conſtant Diuerbio. ſ. & Cantico. Non eſt hoc ꝑtereundũ, ꝙ primꝰ (autore Ariſtotele) qui perſonas in ſcœnam produxerit, ꝓlogos confinxerit, & per hiſtriones fabulas repſentauerit ignoratur. Cæterũ fabulas primꝰ cõfinxit Epicharmus & Phormis, nam ex Sicilia in Græciam ait aduectas apud Athenienſes. Porro, Crates primꝰ Iambici ſpecie orõnes ac fabulas ſcripſit.

## DE PARTIBVS.

Dionyſiꝰ, & Crates cognomẽto Mallotes ꝓdiderũt, Comœdiæ partes quatuor eſſe. Prologũ, Chorimelos, Epiſodiũ & Exhodiũ Prologꝰ ad ingreſſum uſq; Chori eſt. At q̃ cũ ĩgreſſu Chori locutio Chorimelos appellat̃. Epiſodiũ porro eſt melos ĩter cantꝰ, & Chororũ binorũ locutiões. Exhodiõ eſt ad Chori finem locutio.

## DE LVDIS SCOENICIS EX DONATO.

Ludi ſunt Ceremoniæ ab Aedilibus Curulibus munere publico inſtitutæ, in quibus ut plurimũ Comœdiæ recitabantur. quorum quatuor maxime genera celebrantur. Megalenſes magnis diis conſecrati. Funebres ad retinendum populum inſtituti, dum pompa funeri decreta in honorem patricii uiri plene inſtruitur. Plebei ꝓ ſalute plebis inſtituti ſunt. Appollinares Apollini conſecrati.

## DE ARIS.